



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

28 Januarij. 5 Cal. Febr.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

tuenda  
salu-  
bres.

*maria transfretanda, ut salubres inveniamus cogitationes: sed prope est (ut ait Moyses, Deut. 30.) Verbum in ore nostro, & in corde nostro; & infinitas in nobismetipsis utilium cogitationum occasiones & seminaria possumus invenire.*

(☉)(☽)(☉)(☽)(☉)(☽)(☉)

28 Januarij. 5 Cal. Febr.

Cessit  
anno  
1211.

Colum-  
ba insi-  
det ca-  
piti zy-  
ronis.

**B.** CAROLE: qui non minùs avidè stemmatis & opum splendorem, jam suprà ætatem maturus adolescens contempstisti, quàm alij iisdem vanitatibus inhiant: id unum pro votorum meta constituens; ut in umbra Villariensis Asceterij latères. Sed ad publicam famam te statim initia produxere; miræ pulchritudinis columbâ capti tuo insidere visâ, dum sacro Ordinis habitu induebaris. Præsignabat nimirum columbinam animi puritatem, mentemque DEO plenam; quam deinceps non solum Villarium, sed & Magnates terræ non vulgariter venerabantur. Unde ibidem pro merito in Abbatem electus, non nisi cogente per Obedientiam Capitulo Generali assensum præbuiisti. Ita tamen in ea dignitate

tate præcellabas; ut cœnobium sub tuo regimine tam morum, quàm murorum decore, non exigua acceperit incrementa. Vir eras in diebus tuis potens opere & sermone: Principibus charus & honorabilis: inter quos sæpe aureâ tuâ facundiâ desperatam pacem sanxisti. Tam liberalis in pauperes, quàm parcus & durus tibi. Audiebas passim orphanorum Pater, & omnium afflictorum asylus. Impetratâ tandem multis precibus potestate, onus honoris, antecessorum pio more, deposuisti, ut tanto expeditiùs evolares in cœlum.

*Eriam ego miser ingemisco sub gravi onere, Onus à quo utinam me misericors Deus ante vitæ terminum exsolvat! Ponderum ab- non dignitatis, quale tu sternendæ ad cœ- jicien- lum me abjecisti: sed indigna lucis opera dū ante tenebrarum: digna tenebris æternis peccata mea. Adjuva me, ut illa abiciam; & discussa cæcitatæ nocte, in serena vitæ melioris die, cursum meæ peregrinationis absolvam.*

B. RICHARDE: qui suave BERNARDI magisterium omnibus mundi *Obijt* delicijs anteferebat, consuetos in illa *anno* virtutum palæstra sanctimonix gradus *1163.* tam prosperè es assecutus: ut cùm ille virtutes suas in moribus tuis expressas conspiceret, celebri monasterio Val-  
 D 3 cellen-

Operā-  
dum in  
talētis.

cellensi Abbatem dederit. In quo munere talenta tibi à DEO commissa fideliter impendens; velut servus fidelis, & villicus utilis, introisti in gaudium Domini tui. Deprecare pro me Magnum illum Patrem familias; ut si quæ talenta mihi credere dignetur, donet simul gratiã, qua vivo semper proficiendi ardore in eis operer: non alium finem, quàm ejus gloriam; non aliud lucrum querens, quàm sanctissimæ voluntatis ejus in me adimplerionem.

S. BERNARDUS, ep. 253.

Profici-  
endum  
semper.

Nunquam Fustus arbitrabitur, se comprehendisse: nunquam dicit, satis est: semperq; esurit sititq; justitiam. Ita ut si semper viveret; semper, quantum in se est, justior esse contenderet; semper de bono in melius proficere, totis viribus conaretur.

(D̄)(D̄)(D̄)(D̄)(D̄)(D̄)(D̄)

29 Januarij. 4 Cal. Febr.

Circa  
annum  
1250.

B. REMBERTE: qui cum militiæ stipendia, quæ merebas, cum illis conferres, quæ sub Christi vexillo in virtutum arena certantibus promittuntur: atque illinc post laboriosas miseras, finem tristissimum: hinc post facilem